Sabbato ad vesperas capitulum.

Karissimi obsecro vos tam-
quam advenas et peregrinos
abstinere vos a carnalibus
desideriis que militant adver-
sus animam. Ad magnificat antiphona. Modicum
et non videbitis me dicit dominus iterum
modicum et videbitis me quia
vado ad patrem alleluia alleluia. Oratio

Deus qui errantibus
ut in viam possint redi-
re iusticie veritatis tue lumen
ostendis: da cunctis qui christiana pro-
fessione censentur et illa re-
spuere que huic inimica sunt
nomini et ea que sunt apta sec-
tari. Per dominum. Dominica iij. post pa-
scha lectio i.

Et habebat dextera in
sua stellas vij. et de ore
eius gladius ex utraque parte
acutus exibat et facies
eius sicut sol lucet in virtute sua.

Feria secunda [illegible] lectio ij.

Et cum vidissem eum cecidi
ad pedes eius tamquam mor-
tuus et posuit dexteram suam sup-
er me dicens. Noli timere. Ego
sum primus et novissimus et vivus
et fui mortuus. lectio iiia

Et ecce sum vivens in secula
seculorum. Et habeo claves
mortis et inferni. Scribe ergo
que vidisti et que sunt et que oportet fi-
eri post hec. lectio quarta.

Sacramentum vij. stellarum
quas vidisti in dextera mea
et vij. candelabra aurea
vij. stelle vij. angeli sunt
vij. ecclesiarum et candelabra
vij. vij. ecclesie sunt. lectio v.

Et angelo ephesi ecclesie
scribe hec dicit dominus qui tenet
septem stellas in manu sua
qui ambulat in medio vij.

Breviary Leaf